

Michael Cobabus    Johann Joachim Stever

## **Disputatio Quinta Theologica De Iustificatione : In qua Sequentes Theses, Quaestiones & Casus Conscientiae**

Rostochi[i]: Richelius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738047678>

Druck    Freier  Zugang



Vert. M. Cobabus. Praeses J. Lotmann  
R. U. theol. 1646.



Disputatio Quinta  
THEOLOGICA



De

JUSTIFICATIONE;

In qua

Sequentes Theses, Quæstiones

& Casus Conscientiæ,

*Spiritus Sancti ductu & gratiâ*

DIRECTORE

JOHANNE COTHMANNO

SS. Theol. D. & Professore celeberrimo,

PRÆSIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternberga Megapolitano,

*Publico examini subijcit*

JOHAN-JOACHIMUS STEVER

Rostochiensis.

*Ad diem 17 Junii in Auditorio Unicornis*

*horis antemeridianis.*



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Senat, Typogr. Anno 1646.

*Thesis I.*

**J**ustificatio habet significationem forensē : Nam justificare idem in hoc loco significat, quod justum pronunciare, & à peccatis absolvere.

II. Justitia autem, à qua hæc justificatio promanar, non est inhærens; sed imputata, & Evangelica, quam mundi Salvator nobis acquisivit legem perfectè implendo, & pro peccatis nostris morte sua satisfaciendo.

III. Causa Efficiens Principalis justificationis est gratia Dei, vel gratuitus illius favor, quo nos ab æterno dilexit, & præter omne nostrum meritum per filium suum nos sibi reconciliare, & salvare constituit.

IV. Causa meritoria est sola Christi *ἡσθησῶν* satisfactio, vel obedientia activa & passiva.

V. Causa instrumentalis à parte Dei est doctrina Evangelica cum Sacramentis : à parte nostra est fides salvifica, quæ est ejusmodi fiducia, quæ voluntatem in promissionibus de gratia, & remissione peccatorum inclinat, atq; in iis facit acquiescere.

VI. Objectum proprium, & principale fidei justificantis est specialis Dei Misericordia cuius credenti in Christo promissa.

VII. Subjectum, vel causa materialis justificationis est homo peccator qui peccata sua agnoscit, & veram agit Pœnitentiam.

VIII. Causa Formalis est justitiæ Christi imputatio, & peccati non imputatio.

IX. Causa Finalis est gloria Dei, atq; hominum, qui justificantur, æterna salus, & vita.

X. Crea

X. Credimus igitur & confitemur, quod homines non possint justificari coram Deo propriis viribus, meritis, aut opetibus; sed gratis justificentur propter Christum per fidem, cum credunt, se in gratiam recipi, & peccata remitti propter Christum, qui pro nobis legem implevit, & morte sua pro peccatis satis fecit; Hanc fidem imputat Deus pro justitia.

## QVÆSTIONES.

contra

### I. PHOTINIANOS.

- I. An Deus pro absoluto suo dominio peccata remittat libera voluntate ex mera gratia absq; ulla satisfactione? N.
- II. An Christus pro semetipso astrictus fuerit ad obedientiam illam, quæ legem perfectè implevit? N.
- III. An Christus non sustinuerit penas peccati debitas, neq; passionem suam pro nobis Deo satisfecerit? N.
- IV. An fides significet fidaciam per Christum in Deum, & illius Objectum primum sit Deus, secundarium autem Christus? N.
- V. An Patres, qui ante nativitatem Christi vixerunt, solâ mandatorum divinorum observatione absq; fide Jesu Christi sint salvati? N.

### II. PONTIFICIOS.

- I. An justificatio significet justitiæ infusionem, vel talem motum atq; mutationem ab injustitia ad justitiæ, sicut in Physicis motibus, quando una qualitas expellitur, & alia introducitur? N.
- II. An duplex sit justificatio: Prior, quando ex injusto fit justus per renovationem internam; Posterior, quando justus majore justitiæ & sanctitate augetur propter perpetuam obedientiam & mandatorum Dei observationem? N.
- III. An gratia justificans sit infusus habitus justitiæ, & donum in anima hærens, cujus respectu nos a Deo diligamur? N.
- IV. An Fides justificans sit nudus assensus, & non definienda per fiduciam? N.

V. An

V. An illius subjectum sit tantum intellectus, & objectum omnia, quod in verbo est revelatum? N.

VI. An Fides justificans eadem sit cum fide historica? N.

VII. An charitas à vera fide possit separari? N.

VIII. An credentes debeant certa fide tenere, quòd sibi peccata sint remissa, & salus aeterna preparata? Aff.

### III. CALVINIANOS.

An soli Electi justificentur, & reprobis nunquam habeant fidem salvificam? N.

### IV. PISCATOREM.

An Christum solà obedientiâ passivâ nobis meruerit justitiam? N.

### V. OSIANDRUM.

An formalis causa justificationis sit illa justitia, qua Deum essentialiter sit justus? N.

## CASUS CONSCIENTIÆ.

Quæritur :

I. An Christianus habeat fidem salvificam, qui offensus alium provocat ad pugnam, & vindictam privatam exercens gladio vindicat malum illatum? N.


II. An provocatus possit esse certus, quod habeat fidem salvificam, quando ex metu futura ignominia, qua fiat coram mundo, vel aliâ quadam causâ Christiano indignâ cum provocante congreditur? N.


III. Quid faciendum sit illis, qui in medio Ecclesie gremio operibus suis testantur, quod sint indurati, & spiritualiter cæci, ut tandem in corde suo confiteantur, se non habere fidem salvificam?

IV. Quanam sint illa indicia & testimonia, ex quibus Christianus possit judicare, quod fiducialiter credat, & propterea sit justus in conspectu Dei?

V. Quomodo erigendus sit Christianus, qui vel simpliciter dubitat in tentationibus spiritualibus de fidei presentia, & peccatorum remissione; vel de sui justificatione propter fidei imbecillitatem dubitare incipiat?

\* \* \*





X. Credimus igitur & confitemur non possint justificari coram Deo propter meritis, aut opetibus; sed gratis justificationem per fidem, cum credunt, se in peccata remitti propter Christum, qui implevit, & morte sua pro peccatis satisfactionem imputat Deus pro justitia.

## QVÆSTIONES


CONTRA

### I. PHOTINIANOS.

- I. An Deus pro absoluto suo dominio peccata remittit mera gratia absq; ulla satisfactione? N.
- II. An Christus pro semetipso astrictus fuerit ad legem perfecte implevit? N.
- III. An Christus non sustinuerit penas peccati debitas nobis Deo satisfecerit? N.
- IV. An fides significet fiduciam per Christum in Deo primarium sit Deum, secundarium autem Christum?
- V. An Patres, qui ante natiuitatem Christi vixerunt, diuinorum obseruatione absq; fide Iesu Christi fuerint iustificati?

### II. PONTIFICIOS.

- I. An iustificatio significet iustitiam infusionem, vel mutationem ab iniustitia ad iustitiam, sicut in do una qualitas expellitur, & alia introducitur?
- II. An duplex sit iustificatio: Prior, quando ex iniustitiam in intermam i Posterior, quando iustitiam auctur propter perpetuam obseruationem Dei obseruationem? N.
- III. An gratia iustificans sit infusus habitus iustitiam habens, cuius respectu nos a Deo diligamur?
- IV. An Fides iustificans sit nudus assensus, & voluntas? N.



minos  
me-  
Christi  
pi, &  
egem  
nc fi-

ate ex  
m, qu

sua pro  
je dum

atorum  
N.

q; mu-  
quan-

renova-  
& san-  
atorum

anima

fiduci-

7. An